REPERTORIVM GENERALE,

SIVE RECOLLECTIO RERVM NOTABILIVM,

occurrentium, tam in Scolis, quam in Palatijs in Practica,

Tam Iuris Ciuilis, quam Pontificij, tam Iuris communis, quam Iuris Regni, & obſeruantia hodierna, cum diligentia, & labore, nedum coaceruatum, ſed ſatis concinnè, & nouis additionibus illuſtratum, & compoſitum.

AVTHORE

VINCENTIO DE VITA V. I. D.

Perdifumenſis Cilenti originario Patritio Ciuitatis Rauelli ſtatus Amalfi, ad euitandum indefeſſum laborem, & ſtudium curioſorum Doctorum profeſſionem Iuris Ciuilis, & Canonici exercentium.

Alphabetico ordine poſitum, cum additionibus ſpartim, in præcipuas fere omnes Legum, Digeſtorum, & Cod. materias, magis communiter receptas, Legum, Authenticarum, & omnium earum §§. rum in hoc Volumine inſertas, ac præcipua dicta, & relata, ac materias gloßarum, & omnium adnotatione digna; cum declarationibus, ampliationibus, & limitationibus, ſublimitationibus à DD. traditis.

Et quid in hoc Regno Neapolitano ſeruatur, & fuerit innouatum, ſtatutum, & decretum per Sac. Regæ conſtit. Capitul. Rit. M. C. V. Regias Pragmaticas, ac Sacr. Reg. Conſil. deciſiones, nedum vtile, ſed neceſſarium omnibus Legum profeſſoribus, Iudicibus, Aduocatis, & præſertim Scolaribus prouectu, atque Tyronibus.



NEAPOLI. Ex Typographia Camilli Caualli. M. DC. XXXXIV.

Expenſis Thomæ Morelli Bibliopolæ Neapolitani.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

Illuſtriſsimo, & Eccellentiſſimo Signore.

Tomaſo Morello libraro fa intendere à V.E. come fa ſtampare il Repertorio della legge ciuile, e canonica del D. Vincenzo de Vita con l'additione, perciò ricorre à V.E. e la ſupplica ſi degni commettere la reuiſione à chi meglio li piacerà, e l'hauerà à gratia. Vt Deus.

Magnificus Io. Iacobus Annechinus videat, & referat die 11. Auguſti 1644.

Sanfelic. Reg.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die prædicto. Caſaburius.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Princeps.

Legi ex decreto Supremi Senatus repertorium Iuris Ciuilis, & Canonici, Authore Vincentio de Vita I.C. Perdifumenſi; cumque opus vita Authore prodiens vitales promittat facultati, quam agit ſpiritus, nec aliquod contineat nunc, quod Regiam lędat iuriſdictionem, dignum id puto, quod prælo traditum per manus vagetur profitentium ius vtrumque ſub auſpiciis Excellentię tuæ quam Deus optimus maximus diù nobis, & bono publico ſeruet incolumē, & Pręſidentem. Neap. idibus Nou. 1644.

Excellentiæ tuæ

Seruus deditiſsimus

Io. Iacobus Annichinus.

V. Arias de Meſa Reg. Conſ. deleg. per Suam Excell. pro reuiſione librorum.

Viſa ſupradicta relatione Imprimatur.

Brancia Reg. Zufia Reg. Sanfel. Reg. Capicius Latrus Reg. Salamanca Reg.

Prouiſum per ſuam Excellentiam Neap. die 16. Nouembris 1644. Caſaburius.

REPERTORIVM IVRIS CIVILIS ET CANONICI.

AVTHORE

VINCENTIO DE VITA V.I.D.
TERRÆ PERDIFVMI CILENTI, ORIGINARIO PATRITIO
Ciuitatis Rauelli, Statu Amalfi.

ABbas, quę poteſt facere, & quæ nõ poteſt, & quæ ſunt ei permiſſa, & quas authoritates habet, vid. Reuerend. Epiſc. Ricc. in reſol. 96. p. 2. ſuæ pr. var. reſ.

Abbatiſſæ præſentiam non eſſe neceſſariam in contractibus geſtis per Monaſterium licentia Ordinarij, præſertim in renunciationibus factis per Moniales tẽpore ingreſſus, Merl. in contr. quot. c. 6. latè.

Abitare quis propriè dicitur in loco, quando in eo habitat pro maiori parte anni, & non aliter, & quæ dicitur domus ad hoc, vt ſciamus vbi quis dicitur habitare, hodie verò eſt declaratio antiqua R. C. S. poſita in regiſtro eiuſdẽ R. C. quæ in ſpecie cauetur vt ſupra, vnde dicebat Archid. in c. Romana de ſent. exco. in 6. quod habitans ad tempus, non obligatur, l. Ciuitatis, & Angel. conſuluit in ſuo conſil. incip. quidã Victor, quod habitatio ſola, non facit quẽ ſortiri forum, niſi de vero, vel præſumpto animo conſtet incolatum contrahendi, Gram. in cõſ. 159 in princ. Bar. in l. lex Cornelia §. ſi tamen, ff. de iniur. Bald. in conſ. 212. volum. 4. l. necare cod. tit. l. 1. ff. de liber. agnoſcend.

Abitatione relicta, veniunt Alimenta, Vrſill. ad Afti in dec. 284. nu. 9. & in dec. 54.

Aborti materia, latè tractatur per Teſſaur. in dec. 12. & 13. & ſi non eſt ſequuta mors fetus in vẽtre genitus, vel ex propoſito ſequuta, vel non doloſe, ſed cauſa honoris ſeruandi, ne mulier pregnãs videatur, punitur pœna extraordinaria, & ſic pæna exilij l. Cicer de pen. in §. fin añt.

Abortum faciens, vel committens pro mulieris ſalute, non punitur, Petr. ſup dec. Gram. 2. n. 13

Abortum faciens, & illud occidens, punitur pęna pecuniaria, ſi anima nõ eſt formata, ſi verò eſt formata punitur pęna l. Corneliæ, ſed communis opinio eſt, quod puniatur pęna extrardinaria, quia poteſt eſſe, quod antè Natiuitatem moriatur, & non eſt vere homicidium, Et ſic non verus dolus commiſſus. Afflict. in conſtit. Regn. incip. terminum vitæ num. 19. Bald in l. quod dicitur ff. de liber, & poſthum. Bar. in l. diuus ff. de var. & extraord. cognition. cap ſicut il ſecondo de homicid. Angel. de Maleſic. in ſua pract. crim. f. mihi 164. num. 10. & 11. D. de Franch. in dec. 592. ſed, quod puniatur vti verus homicida tenet Iacob. Graff. in ſua deciſ. aur. ſuper bul. declarat. Papę Siſti V. contra procurantes abortum cap. 64. num. 12. & 13. verſ. quod idem, fol. 181.

Abſentes publice intereſt, & vtile eſt à quibuſcumque defendi, l. ſeruum quoque §. publice vtile ff. de procur.

Abſentes cauſa ſtudij ciuilis canonici ſacr. Theolog. & Gramaticæ, dumodo ſtudia non ſint in propria patria, & habeant licentiam ſuorum ſuperiorum gaudent omnes diſtributiones quotidianas, & præbendas tanquam præſentes, vt gaudent, & præcipiunt cæteri ſacerdotes præſẽtes, D. Epi. Ric. in ſua prax. var. reſ. reſ. 31. p. 2.

Abſentia non conceditur excuſatori pro inquiſito, niſi tempore, quo fit interloquutoria. Curia ſedente pro Tribunali, aliàs comparet excuſator poſt rectam curiam, & lectam, & latam interloquutoriam, non gaudent abſentia, Carau. ſuper Rit. M. C. V. 168.

Abſens non poteſt condemnari pęna corporali, l. abſentem ff. de pen.

Abſens cauſa ſtudij de licentia ſui Ordinarii, põt percipere omnes fructus, & prouentus aſcendentes ad ſummam ducatorum viginti, vltra oẽs fructus, & canonicas diſtributiones, D. Epiſ. Ricc. in prax. var. reſ. p. 2. reſol. 70. nu. 1. cap. de cetero, & cap. ad audientiam, cap. tuæ, & cap. relatum, de cler. non reſident.

Abſentia allegatur cum iuramento in iudicio citationis, dicendo dictum inquiſitum, vel debitorem domi citatum, tam ante quam poſt, & tempore citationis fuiſſe, & eſſe abſentem à loco citationis, & reperitur in tali loco, & propterea ipſum excuſando, petit ad contumaciã non procedi, nec ad condemnationem, ſed competentem terminũ ſibi concedi, iuxta diſtantiam loci ad denunciandum, & Iudex concedit congruentem terminum iuxta loci diſtantiam, ſi non fuit perſonaliter citatus, ſi,

ADDITIONES
IN PRAECIPVAS FERE
omnes Legum, Digeſtorum, & Cod. materias,

AB EODEM AVTHORE VINCENTIO DE VITA
V.I.C. Celentano, Perdiſumenſis, Prouinciæ Principatus Citra,
Originario Patritio Ciuitatis Rauelli, ſtatus Amalfi.

Nedum diligentia, & labore adnotata, ſed coaceruata, & ſatis concinnè additionibus illuſtrata, ad commodum, & vtilitatem Doctorum ſtudioſorum, & neceſſaria, magis communiter receptæ legum §§. ſuorum omnium in hoc Volumine ac pręcipuè dicta, et relata,

Cum materijs Gloſſarum, & annotatione omnium, & diligentia, cum declarationibus, ampliationibus, limitationibus; & ſublimitationibus à Doctoribus traditis. Et quid hodie ſeruatur in hoc Regno Neapolitano.

Et quod fuit determinatum, atque ſtatutum per Sac. Regn. Conſil. Cap. & S. R. Conſ. deciſiones, & Pragmaticas, neceſſariaque etiam Doctoribus legum profeſſoribus, Aduocatis, Iudicibus, ac omnibus Scolaribus in Iure prouectis, & Tyronibus, &c.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

NEAPOLI,
Ex Typographia Camilli Caualli 1644.